



Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

Residentia Episcoporum, Canonicorum, Parochorum, & aliorum Ecclesiæ
ministrorum, ac beneficiatorum, quorumcunque.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](#)

De Residentia Episcoporum, Canonicorum, Parochorum, & aliorum Ecclesiæ Ministrorum ac beneficiorum quorumcumque.

- S V M M A R I V M
- 1 Absentium Episcoporum fructus, Ecclesiæ fabricæ, vel pauperibus, & quando hospitalibus applicandi. 3.
 - 2 Eorum exigendorum cura ad quos pertineat. 4.
 - 3 Episcopi residentiæ adstriceti.
 - 4 Residere impediti, quos sue absentie causam doceant.
 - 5 Absentia Episcoporum, à quibus, & cui significanda.
 - 6 Curati inferiores residere quoque personaliter tenentur. De Parochiis. nū. 7.
 - 7 Etiam si Canonici sint. Ibid. nū. 3.
 - 8 Coadiutores. Ibid. 24.
 - 9 Substituti. Ibid. nū. 9.
 - 10 Non residentes, qua pena puniendi. Ibid. 7.
 - 11 Et à quo Episcopo denunciandi. infra 20. 23.
 - 12 Non residentium fructus, Episcopi cura, quibus attribuendi: & quomodo satisfiat Ecclesiæ, si absentia durante, beneficia cessa fuerint. 7.
 - 13 Absentia eorundem licentia à quo petenda, & qua ratione concedenda. 19.
 - 14 Episcoporum negligentia in prædictis coercetur.
 - 15 Edictum contrâ curatos non residentes infra quod tempus ab Episcopo proponendum. Et quod tempus ad residendum prescriptum.
 - 16 Contumacia eorundem, ut plectenda: & quibus absentium fructus adiudicandi.
 - 17 Edictum aliud contrâ Curatos non residentes studij causa infra messem proponendum: & cuius tenoris.
 - 18 Licentiae eidem iam concessæ, studiorum causa, que validæ, que non.
 - 19 Concedendæ in posterum scripto, & quibus conditionibus danda, & ad quod tempus. 14.
 - 20 Absentes studiorum causa quid amittunt. De distribut. 34.
 - 21 Nc à residentia distrahitur Parochus, que munera non suscipiat: De Parochiis, &c. nū. 11. 12. & seqq.
 - 22 Ab eodem residentiæ munere non excusati beneficia litigiosa habentes.

Neque

- 16 Neque ordine non iniciati, quem beneficia requirunt.
 17 Nec quicunq[ue] partem fructuum in distributiones contulerunt.
 Nec Parochi, ob inualetudinem, c[on]siderat grauitatem. De Paro-
 chis. 17. *Et quia di bono fructus q[ui] obligeantur in sua munera*
Nec ob leues inimicitias. Ibid. 19.
Nec ob aliud beneficium personalis residentiae. Ibid. 6.
 18 Et qui alij.
 19 Absentiae concedenda facultas, qua ratione ab Episcopo moderan-
 da. & supra 15. & 16.
 Panarum, Curatis, & alijs non residentibus prescriptarum innova-
 tio. Que ad ord. Sacr. pert. nu. 96.97.
 Fructus Parochialium incompatibilium quibus assignandi. De be-
 nef. plural. nu. 2.
 20 Beneficiati alij residentiae adstricti, ut puniantur muneri suo deficien-
 tes; & illis subtrahendi fructus, quibus applicandi.
 21 Et a quibus Episcopo denunciandi. 22. 23.
 Canonici, & alij beneficiati in Cathedralibus, & Collegiatis non re-
 sidentes, per quos ad Episcopum deferendi. 21.
 Absentes Canonici quid perdant. Residentes vero quid lucentur.
 De distribut. per totum.
 Quando alios substituere possint. De Ministris Eccl. 21.
 Absentia trium mensum, ut plectenda. De Punctat. 44.
 24 Absens ex facultate, rediens, quid faciat.

¹ Ecreuit Sacra Tridentina Synodus, vt ij, qui
 non legitimè à suis Ecclesijs absalent, pro rata
 temporis absentiae, Ecclesiarum, quibus præ-
 essent, fructus suos non facerent: sed vt in fa-
 bricam Ecclesie, aut in pauperes loci eroga-
 rent: quod si non exequerentur, statuit, vt eo-
 rum superiores ecclesiastici, omisas ab illis
 huiusmodi officij partes ipsi susciperent.

<sup>1. De Refid.
 sess. 23. ca. 1.
 de refor. sess.
 6. c. 1. de re-
 for.</sup>
<sup>2. Sess. 23. c. 1.
 de refor.</sup>
 2 Si qui igitur provinciae nostrae Episcopi post confirmationem
 Concilij Tridentini in Ecclesijs suis, ex eiusdem Concilij prescripto,
 non rescederunt; neque Metropolitanum, aut eo absente, antiquioris
 Provinciae Episcopum intra mesem docuerint causam suæ absen-
 tiae, Sanctissimi Domini nostri, vel Metropolitanani, vel antiquioris
 Episcopi scripto comprobata esse; aut se fructibus illos, ijs, quibus
 eiusdem Sacri Concilij decreto proptereà debebant, persoluisse; nos
 illam ipsam fructuum partem iam nunc Hospitali vniuersitatisque ciui-
 tatis, cuius illi sint Episcopi, quod maioribus præmatur sumptibus;

Ee 2 in usum

in usum pauperum loci erogandum, assignamus. Et si id Hospitalie intrà duos menses eos fructus, auctoritate superioris Ecclesiastici non exegérit; alteri Hospitali eiusdem Civitatis, quod in eorundem fructuum petitione iudicio præuenierit. Quod si, aut nullum in ea Hospitalie, aut quæ sint Hospitalia, sex mensibus eos fructus non exegerint, fabricæ Ecclesiæ attribuimus.

Si qui vero posthac absuerint; fructus, quos suos non fecerint, iam nunc eiusdem locis, quæ supradictum est, iatione, adscribimus; non ipsi Episcopi intrà tres menses à die absentia ijs, quibus ex Concilij decreto debent, persoluerint.

4 Itaq; mandamus Hospitaliū, & fabricatū ministratoribus, ac procuratoribus, cū denunciatione etiā periculi eorū conscientię, vt totam summā sine vlla vel pactione, vel remissione primo quoq; tpe exigant.

5 Statuimus etiam, vt ex Capitulo singularum Cathedralium Ecclesiæ tres primi præsentes, singulis sex mensibus, Metropolitanum, vel, eo absente, eundem antiquorem Provinciæ Episcopum certiores faciant, an eorum Episcopi in suis Ecclesijs resideant. Et qui, & quādiu ab eis absuerint; sin minus, ijdem distributionum vnius mensis fructus suos non faciant.

1. Ut supra.
Sess. 6. c. 2.

6 In Reliquis etiam inferioribus curatis beneficijs, si qui post confirmationem Concilij absuerunt sine licentia, ab Ordinario scripto permitta, quam ad mensim eidem Ordinario exhiberi volumus; vel non probarint, se eos fructus, quos pro rata temporis absentia suos non fecerunt, ijs, quibus ex eiusdem Tridentini Concilij debebantur, soluisse; eos omnes iam nunc reficiendis, & ornandis eorum Ecclesijs attributos esse decernimus.

7 Quam attributionem Episcopi quorum conscientię hoc onus imponimus, ad te menses, implorato etiam, si opus sit, Principum, & Magistratum auxilio, omnino exequendam curabunt.

Quod si contigerit eos, qui propter absentiam à suis beneficijs, fructus suos non fecerint, ipsis beneficijs postea cessisse; carent Episcopi, vt vel ex fructibus pensionum, si quæ illis, qui cōsiderint, fuerint reserata; vel ex eorum bonis, cuiuscumque illa generis sint, satisfiat Ecclesia.

8 Qui si in his negligentes fuerint, sciant se prima quoque Provinciali Synodo prætermitti huius officij rationem reddiuros esse.

Si quid intercederit, quamobrem id minus excipi possint, ad Metropolitanum referant; vt ad tem conficiendam ipse quoq; suam operam cōferat; & in ea auctoritatem Sanctiss. D.N. interponendā curen-

5. De Resid. Nè Episcopus, propterea quod sibi liberum, integrumq; est facultatem permittere, qua liceat aliquem ab Ecclesia commissa, beneficio personalis residentię abesse, ea potestate, facultateve deinceps ob-
iulus

ius generis causam vratatur: sed in illa concedenda modum, & ratios
nes adhibeat concilij Tridentini sanctione prescriptas:

9. Quoniam vero multorum, beneficia curata obtinentium, ea est
contumacia, vt neque decretis Tridentini Concilij, neque constitutio
ne Sanctissimi D. N. Pij IIII. neq; Episcoporum editis moniti, ad
duci possint, vt beneficiorum suorum residentiæ præsentes satisfaciāt;
statuimus, vt Episcopi, ad mensem edito proposito iubeant oes qui in
corum ciuitatibus, diecibusve beneficium eiusmodi in titulum, vel
commendam obtinent, si in provincia illi sunt, ad duos menses, si extra
ad tres, ad eadem beneficia accedere, in iisque residere: ea proposita in
edito pœna, vt, qui non paruerint, etiam si præter curatum illud bene
ficium, dignitates, personatus, aut canonicatus in Ecclesiis etiam cathe
dralibus obtineant, præter pœnas, que eodem concilio, & Pij Quarti
constitutione contra non residentes propositæ sunt, ordinum suorum
mūnere, officiove suspensi, & eo beneficio iure ipso priuati censeantur.
10. Transacto tempore in edito præstituto, Episcopi eos, qui non re
lideant, propositam priuationis pœnam subiisse declarent.

Interim vero eos fructus, quos suos absentes non facient, ijdem Epis
copi suo arbitratu, aut Ecclesiæ fabricis, aut pauperibus loci ad
indicent.

11. 12. Intrâ mensem publicè edicant Episcopi, vt quibuscumque studij
causa non residendi in beneficiis curatis licentia permissa est, eam suo
quisque Episcopo intrâ spacium trium mensium exhibeat: qui si illam
a die confirmationis sacri Concilij Trid. ad diem regule, a S. D. N. Pio
III. latæ compererit, nisi quemadmodum ab ipsa præscribitur, ordi
narij consensu accesserit, nullam, & irritam declaret: proptereaq; eū,
qui huiusmodi facultatem impetrat, ex decreto Concilij Tridentini
residere cogat in ipso beneficio.

13. In iis autem facultatibus absentie studiorum causa, que deinceps
concedentur, haec necessario ponenda sunt.

Vt verè in publico, celebriqe Gymnasio, Theologie, vel sacris Ca
nonibus studeant.

Vt minores sint triginta annis, aut fuerint; cum in publico gymna
sio ijdem studiis operam dare ceperunt, que nunc cupiunt absoluere.

Vt illud beneficium, antequam sacrum Tridentinum Concilium à
S. D. N. Pio iiiij. confirmaretur, obtinuerint.

Vt intrâ annum, ad ordinem saltem Subdiaconatus promoueatur.

Vt singulis sex mensibus Episcopo scriptum sui Doctoris exhibeat,
quo is ipsos in eo studii genere proficere testetur. Quod etiam Episco
pus secretò ab aliis cognoscere studeat.

Quod si omnes supraascriptæ conditiones in licentia expressæ non
Ecc 3 fuerint;

1. De Resid.
- Sess. 6. cap. 1.
- Sess. 23. c. 1.
- Const. Pij 4.
- ædita 7. cal.
- Dec. 1564.

I. Ibidem.

fuerint ; aut is, qui impetrat, qualitates omnes, quae in scripta licemur requiritur, non habeat ; aut quae ipsi seruanda proponuntur, deinceps non praefiterit ; facultates irrite, ac nullae sint : &, qui impetrat, sciat se fructus suos non fecisse, neque facere ; ac pennis, que non residentibus propositae sunt, teneri.

Concedatur autem ad quinquennium tantum, ab eo die numerandum, quo eum in publico Gymnasio Theologie, aut sacris Canonibus constet operam dare cepisse.

3. De ijs, que partim ad ordinem, sacerdotem, &c.

14 Ne à diocesi Clerico cuiquam, neque ab Ecclesia sua residenti alij, Ecclesiasticum beneficium obtinenti, quod quacumque ratione personalis residentiae munus iure, vel consuetudine requirat, studij causa abesse liceat, nisi eius rei facultate litteris ab Episcopo permissa.

Quibus sanè litteris hæc Episcopus nominatum adiungat ; ac prescribat ijs, qui ad locum aliena diocesis studij causa proficiuntur.

Vt & regulas nostro prouinciali primo, & secundo Concilio de habitus ratione, frequentijs, Sacramentorum vsu, Clericis prescriptas, & reliqua nostris item Prouincialibus, ac suis diocesani Synodis decreta, ad honestam Clericalis vitæ disciplinam pertinentia, & alia, si quæ præterea sibi eo in genere illi prescribenda videbuntur, servet diligenter.

Vt de ijs prescriptis rebus, ab eo præstitis scripnum testimonium ab Episcopo loci, quod studij causa profectus est : de litterarum autem progressione ab Doctoribus, quos audit, ad tempus, primo nostro Prouinciali Concilio prescriptum, sibi exhibeat.

Vt dimissorias eiusmodi litteras decem post diebus, quam ad Gymnasij locum venit, eiudem loci Episcopo exhibeat : de qua exhibitione ad mensis spaciū sibi testatum faciat.

In ijs sic prescriptis rebus, si is nulla legitima causa impeditus defuerit, ne dimissoria litteræ ei suffragentur ; sed irrite planè sint, ac nullæ.

Quicquid præterea Prouinciali prima Synodo de Patochis, studij causa litteras dimissorias expetentibus, constitutum est, id euanomine iniuriate seruetur.

5. De Resid.

15 Personalis residentię munus, vt re vera per eos præstetur, qui illius generis beneficia Ecclesiastica obtinent, omnem rationem, Canonum iure, Tridentinisq; sanctionibus prescriptam Episcopus ineat.

A quo munere non excusat, neque qui beneficium, Ecclesiastum habet, de cuius titulo adhuc lis, & controversia penderit.

16 Nec verò item, qui nondum sacerdotio, aut eo ordine, quem beneficium illud requirit, initiatus est : Nec præterea, qui iusta aliqua causa, impedimentum distinetur, quo minus eo initietur.

Nec

17 Nec verò à residentiē munere liberi sint, qui tertiam partem frumentum, qui sibi ex dignitatibus obueniebant, quas in Ecclesijs Cathedralibus obeunt, in distributiones contulerint. Imò verò ij cetera etiā, que Tridentino decreto in Sessione 24. promulgato, ipsis prescripta sunt, prestare ab Episcopo cogantur.

18 Ne ille quidem excusat, cuius Ecclesia, aut beneficium eiusmodi est, ynde omnis, aut certè magna pars fructuum, aliquo modo reseruata, ad aliam pertinet.

19 Nè Episcopus, propterea quod sibi liberū, integrumq; est, facultatem permittere, qua liceat, aliquem ab Ecclesia commissa, beneficio-^{re} personalis residentiē abesse, ea potestate, facultatevè princeps ob cū*ius* generis causam vtatur: sed in illa concedenda modum, & rationes adhibeat, Concilij Tridentini prescriptas.

20 Præterea, qui Ecclesiastica quæcumque beneficia obtinent, in quibus eis curata non sunt, tamen residere iure, vel consuetudine debent; si muneri suo desuerint, in eos Episcopi, & illis poenit, quæ à sacro Tridentino Cōcilio statutæ sunt, & alijs arbitrio suo leuerè agant: fructusq; quibus ex eodem Concilio multandi erunt, pijs locis attribuant.

21 Ut autem Episcopi poenas de contumacibus in hoc genere pos-^{1. Ibid.}
sint sumere, statuimus; ut in singulis Collegiatis, & Cathedralibus Ec-
clesijs, singulis tribus mensibus, tres primi ex Capitulo, præsentes, Ca-
nonicorum, & eorum, qui præpositi Ecclesijs, & aliorum qui in eis hu-
iustodi beneficia possidentes, non resideant, nomina ad Episcopum
deferant.

22 Parochi verò Episcopum admoneant, si qui intrà fines suę Paro-
chię, eiusmodi habentes beneficia, quæ personalem iteru residentiam
requirant, non residenceant.

23 Vicarij etiam foranei eandem diligentiam adhibeant, si qui cu-
rati, in regione, sibi ab Episcopo commissa, non residerent.

Qui huic officio deerit, sicuti Episcopo videbitur, plectatur.

24 Qui impetrata ab Ecclesia discedendi facultate, aliquamdiu ab-<sup>2. Tit. 2 de or
fuerit, mensis latem spatio, postquam redierit, Episcopum de suo ad
Eccliam reditu, certiorem faciat: quod si neglexerit, perinde censear-
tur, ac si non legitimè absuerit.</sup>

Quæ hic desiderantur, videantur in Tit. de Parochijs, &c. De Mini-
stris Eccl. & de Punctatoribus, & Distrib.

De Punctatoribus Cathedralium, & Collegiorum, ac
aliarum omnium Ecclesiarum.